

QVÆSTIO LXVII.

SVM MARIA.

Ex Claro.

1 Testator an possit prohibere diuisionem inter hæredes?

ADDITIONES.

Robibere diuisionem. Aduerte, quod prohibita diuisione per testatorem, intelligitur quoad dominium, non autem quoad fructus, & ius fruendi, commun. Soc. ius. conf. 79. colum. 2. quod etiam dixi in collect. mea comun. opin. in verb. diuisio. n. 2. Giach. a An testator possit prohibere diuisionem inter hæredes. Quod testator non possit iubere, ut hæredes perpetuo stent in comunione, & ne fiat vlla diuisio bonorum, tenent quoque; Paulus de Castro, opin. fatetur esse communem Curt. iur. consil. 112. num. 1. Scias tamen, quod hæc conclusio intelligenda est, ut pro-

QVÆST. LXVII.



Verò, an testator possit prohibere diuisionem inter hæredes? Resp. quod non, et hanc opin. fatetur esse communem Curt. iur. consil. 112. num. 1. Scias tamen, quod hæc conclusio intelligenda est, ut pro-

2 Ean vsque ad certum tempus. Ex Additionibus. 1 Vtrum testator possit prohibere diuisionem inter hæredes. 2 An diuisio perpetuo prohiberi non possit, licet iuramentum interuenierit.

& Ripa in l. nemo potest § 5. ff. de leg. 1. Vasquius de succession. creat. §. 7. numero primo cum seqq. & Grassus libro 1. recept. sentent. §. testamentum, quæstio. 72. num. 1. & 2. Ac si sane diuisio adeo perpetuo prohiberi non potest, ut etiam filij. irascant feruare, quoad hoc, dispositionem patris: tamen ipsi mutuo consensu diuidere non prohibeantur. Ita scribunt Oldrad. consilio 242. Vasquius dicto §. 7. numero quarto, & Grassus dict. quæstione 72. numero tertio. Harpre.

QVÆSTIO LXVIII.

SVM MARIA.

Ex Claro.

1 Testator an possit concedere legatario licentiam, ut propria auctori-

ADDITIONES.

Legatarius debet capere re legatam de manu hæredis. Huic non obstat, quod rei legatæ dominium recta via à testatore in legatarium, sine vilo hæredis facto, transeat. l. à Titio. 64. ff. de furt. l. legatum. 80. ff. de legat. 2. l. 1. in fi. ff. de Public. in rem act. Nam dominium distinguendum est à possessione; ut hæc ab hærede, illud à testatore proficiscatur.

QVÆST. LXVIII.



Verò, quid legatarius debet capere rem legatam de manu hæredis: alias si eam accipiat propria auctoritate, illam amittit, ut est de iure notissimum, & tradunt omnes in leg. non est dubium. C. de leg. Quæro, nunquid possit testator in suo testamento concedere licentiam legatario, ut propria auctoritate capiat possessionem rei legatæ? Resp. quod sic. Ita dicit Bart. in d. l. nemo potest, nu. 10. & est comunis opinio, ut attestantur Scribentes, que referri poterunt, que notauimus ad §. Instit. de legat. nu. 18. cum seqq. & §. creditor. 4. Instit. quib. mod. re. contrahit oblig. nu. 219. & seqq. Harpre.

Et oritate capiat possessionem rei legatæ. 2 Et quid si hæres resistat. Ex Additionibus. 1 An, & quatenus rei legatæ dominium siue possessio transeat in legatarium. 2 An testator possit concedere licentiam legatario capiendi propria auctoritate rem legatam.

Concedere licentiam. Quæ dicitur etiam concessa per verbum libere appositum in legato ipso. Item ubi testator prohibet vim fieri legato in rebus sibi relictis, ut per Plor. tract. suo, de in lit. iuran. §. 2. n. 28. & 29. Adde & per Menoch. de recuper. possess. in §. remed. q. 6. ubi alia habes. Giach. Nunquid possit testator in suo testamento concedere licentiam? Quod testator possit dare licentiam legatario capiendi propria auctoritate re legatam, post Clarum hoc loco nostrum, & alios, testatur Vasq. de success. creat. §. 9. nu. 16. & Graf. lib. 1. recept. sent. §. test. q. 67. item §. fideicommissum, q. 43. nu. 6. & 7. Harpre. c. Plotus. Adde qui in libro meo, & in vltima impressione illius est, §. 2. sub n. 29. ubi tamé subdit, qui si istud faciat legatarius, non tamé incidit pena amissionis iuris sui proibi allegatos, sicuti et si occupauerit buona sibi relicta propria auctoritate absq; dolo malo, & lata culpa, puta, quia nodu sepulto caduere defuncti legatarius, vel fideicommissarius ignorauit: ut presumatur hæreditate aditam possessionem; adepta hæredem: nã tenetur illa restituere, & postea petere. Giach.

QVÆSTIO LXIX.

SVM MARIA.

Ex Claro.

1 Testator an possit priuare hæredem hæreditate, si aliquid fecerit

vel non fecerit. 2 Et quid operetur eiusmodi priuatio. 3 Et cui restituenda sit eo casu hæreditas, si testator id non expressit. Ex Additionibus. 1 Semel hæres, semper hæres manet.

ADDITIONES.

QVÆST. LXX.

Ita ut hæres desinat esse hæres. Hæc regula, (qua dicitur, eum, qui semel hæres extitit, semper manere hæredem) probatur per l. ait prætor. 7. §. sed quod Papinianus, 10. in fine. ff. de minorib. & l. ci, qui soluendo 88. in fine, ff. de hæredibus instituen. Harpr.



Verò, nunquid Testator possit priuare Hæredem hæreditate, si aliquid fecerit, vel non fecerit contra eius voluntatem, puta, si nupserit sine consilio alicuius, vel huiusmodi? Respondeo quod sic: & est communis opin. ut dicit Crauetta conf. 1. post num. 3. versic. Non obstat. Sicut enim licet testatori rei suæ adijcere quamcumque conditionem voluerit non turpem, neque improbam: ita & licere ei debet in ipsius conditionis defectu hæredem priuare hæreditate sibi relicta.

Intellige tamen, non ut talis priuatio ipso iure operaretur: ita ut hæres desinat esse hæres: hoc enim secundum communem iuris regulam esse non potest. Sed valet huiusmodi priuatio in vim fideicommissi: ut scilicet si contra fecerit, teneatur hæreditatem restituere per fideicommissum. Ita tenuit Paul. de Castr. conf. 300. nu. 1. lib. 1. & est comunis opinio, ut dicit Berrand. conf. 191. num. 5. lib. 3. in 2. part. Crauetta in d. conf. 1. num. 6. Sed pone, testator non dixit, eui hæreditas restitui debeat in casum priuationis. Quæro si hæres contrafecerit, cui teneatur illam restituere? Respondeo, quod si adsint cohæredes, vel substituti, illis debet restitui: si vero non adsint, debet restitui venientibus ab intestato. Ita dicit Bart. in l. pater familias, nu. 7. ff. de hæ. instit. & est comunis conclusio, ut attestatur Iaf. in l. fin. post nu. 3. ff. si cert. petat. Quod nota, quia quotidie testatores relinquentes usufructum uxoribus suis, solent apponere penam priuationis hæreditatis, si hæres aliquam molestiam illis intulerit.

Intellige tamen, non ut talis priuatio ipso iure operaretur: ita ut hæres desinat esse hæres: hoc enim secundum communem iuris regulam esse non potest. Sed valet huiusmodi priuatio in vim fideicommissi: ut scilicet si contra fecerit, teneatur hæreditatem restituere per fideicommissum. Ita tenuit Paul. de Castr. conf. 300. nu. 1. lib. 1. & est comunis opinio, ut dicit Berrand. conf. 191. num. 5. lib. 3. in 2. part. Crauetta in d. conf. 1. num. 6. Sed pone, testator non dixit, eui hæreditas restitui debeat in casum priuationis. Quæro si hæres contrafecerit, cui teneatur illam restituere? Respondeo, quod si adsint cohæredes, vel substituti, illis debet restitui: si vero non adsint, debet restitui venientibus ab intestato. Ita dicit Bart. in l. pater familias, nu. 7. ff. de hæ. instit. & est comunis conclusio, ut attestatur Iaf. in l. fin. post nu. 3. ff. si cert. petat. Quod nota, quia quotidie testatores relinquentes usufructum uxoribus suis, solent apponere penam priuationis hæreditatis, si hæres aliquam molestiam illis intulerit.

QVÆSTIO LXX.

SVM MARIA.

Ex Claro.

1 Testator an possit in suo testamento iubere, ne eius bona pro legatis sint tacite hypothecata.

gatis sint tacite hypothecata.

Ex Additionibus.

1 Testator an possit disponere, ne eius bona pro legatis sint hypothecata.

ADDITIONES.

QVÆST. LXX.

Nunquid testator possit in suo testamento iubere, ne eius bona sint legataris hypothecata. Quod testator possit disponere, ut bona ipsius non sint hypothecata pro legatis, post Clarum nostrum, tradunt quoque Antonius Negulantius, in tractatu de pignoribus



Verò, quid bona Testatoris sunt pro legatis, per eum relicta tacite hypothecata legataris, de quo dixi supra. Quæro, nunquid Testator possit in suo testamento iubere, ne eius bona

sint legataris hypothecata? Respondeo, quod sic. Ita dicit glo. in l. 2. in gloss. vnica, C. ut in post. leg. quæ sequuntur magis communiter Doctores, ut attestatur Alex. in d. l. nemo potest. nu. 13. Ita etiam tenere communiter Scribentes attestatur Crot. in repet. l. nemo potest. num. 45. Sicut enim potuisset testator nihil eis legare: ita potuisse debuit illam qualitatem adijcere legato, quæ sibi placuit: & in proposito faciunt ea, quæ dixi supra q. 66. vers. quo ad primum.

par. 2. membr. 4. nu. 161. Vasquius de success. cre. §. 9. numero 8. & alij, quos refert, & sequitur Michael Grassus libro 1. recept. sentent. §. legatū, quæst 76. nu. 4. & §. testamentum, quæstion. 66. Harpre.

QVÆSTIO LXXI.

SVM MARIA.

Ex Claro.

1 Testator an possit obligare bona hæredis. 2 Et an possit prohibere hæredi alienationem rerum suarum.

3 Et an possit grauare fideicommissum hæredem super re prius ab eo ipsi hæredi donata.

Ex Additionibus.

1 Ecquid testator possit prohibere alienationem bonorum ipsius hæredis. 2 Testator non minus de re hæredis, ac propria, testari potest.

QVÆSTIO LXXI.

Nunquid poterit testator expresse obligare, et hypothecare bona hæredis? Resp. Doctores in hoc articulo varie loquuntur. Tu dic, aut testator obligauit bona hæredis, nomine hæredis, vel pro eo de rato promisit, et tunc potuit testator illa hypothecare: intelligendo tamen, ut supra dixi: quia scilicet hæres adeundo hæreditatem, censetur ratificasse ipsam obligationem factam per defunctum. Aut verò defunctus in ipsa obligatione nullam mentionem fecit de ipso Iul. Clar. Sentent. Pract. Cuiil.

hærede, sed simpliciter obligauit eius bona: & tunc per aditionem hæreditatis factam per hæredem non censetur confirmata ipsa hypotheca, quantum ad hoc, ut creditor possit agere hypothecaria contra hæredem possidentem ipsam rem obligatam à defuncto: sed bene si creditor ipsam rem possideret, & hæres vellet ab eo illam auocare, posset creditor repellere hæredem exceptione, & opponere confirmationem obligationis facta per defunctum, resultantem ex eius aditione: posset etiam creditor agere contra hæredem actione pignoratitia contraria, quæ est personalis, ut scilicet tradat pignus sibi constitutum à defuncto, iuxta not. in l. si Titio. ff. de pignor. hypothecaria verò, ut dixi, agere non potest: & hæc



ADDITIONES.

Alienationem rerum ipsius heredis. Alienatio bonorum heredis a testatore facta, tum etiam valida est, cum testator sua esse credidit, vide Roder. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. ampl. 7. consil. 30 num. 35. 36. & 37. vol. 4. Socin iun. conf. 107. nu. 56. vol. 3. & conf. 124. nu. 77. vol. 1. Gouean. Nunquid possit testator prohibere heredi alienationem rerum ipsius heredis. Quod testator non possit prohibere alienationem bonorum ipsius heredis, post Clarum nostrum, docet Michael

distinctio colligitur ex traditis per Alex. in l. heredis seruus. col. 2. versicul. in ea, gloss. ibi. ff. de legat. 1. quam ita declaratam dicit esse veriore, & magis communem, Negus. de pign. in 2. membro 2. part. num. 57. in fin.

Item quaro, nunquid possit testator prohibere heredi alienationem rerum ipsius heredis? Respon. quod non. Ita tenet Bartol. in l. filiusfamil. §. Diui. post num. 8. ff. de leg. 1. & est communis opinio, ut dicit Ripa, in dicto §. Diui, num. 54. & seq.

Sed pone, testator donauerat inter viuos alteri aliquam rem, deinde illum sibi herede

in testamento instituit. Quaro nunquid poterit in ipso testamento super re iam per eum donata grauare heredem fideicommissum? Respon. glo. in leg. si mulier, in princip. in verbo, Si mortis. ff. de legat. 3. tenet, quod non, quasi onus imponi non possit rei, quae non sit habita ex iudicio ultimo. Sed tunc dic contrarium, modo testator in specie, & nominatim iusserit illam rem restitui per fideicommissum, text. est clarus in l. sequens questio, in ff. de leg. 2. Nec curandum est de illa gl. in d. l. si mulier, quia per Doctores communiter reprehenditur, ut attestatur Paris. consil. 2. nu. 47. lib. 3. & conf. 33. nu. 79. eo. vol. Bene verum est, quod si testator in genere grauaret heredem suum ad restituendam quidquid ad eum peruenisset in tali fideicommissum non venirent ea, quae testator prius inter viuos heredi donasset, sed solum ea, quae ex ultima eius voluntate ad eum peruenissent.

Grassus lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, questio. 73. num. 3. Ceterum quod testator non minus de re heredis, etiam eundem grauando, ac re propria, testari valeat, tradit Surd. conf. 215. nu. 14. volum. 2. & Federicus Prucheman. conf. 48. nu. 113. & seqq. Harpr.

QVÆSTIO LXXII.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Testator an possit prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommissio.

ADDITIONES.

QVÆST. LXXII.

Semper filius post legitimam ex fideicommissio detrahere. An, & quatenus filius legitimam ex fideicommissio detrahere possit ultra Clarum nostrum, & ab eo hic commemoratos, fufius explicant Antonius Gomez. tomo 1. variat. resolut. iur. ciuil. cap. 11. num. 24. cum seq. Fernand. Vasq. de succell. creat. §. 10. num. 418. com sequentibus. & Grass. lib. 1. recept. sentent. §. legitima. quest. 38. nu. 3. & seqq. Harpre.



ixi supra q. 26. quod testator potest prohibere heredi detractionem Trebellianicam: Quaro nunc, an possit in suo testamento prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommissio? Hac questio licet prima facie videatur facillime resolutionis, ex quo secundum communes regulas non potest pater in preiudicium legitimae filiorum aliquid ordinare, sed de ipsa legitima reijcitur omne onus, & grauamen, ut dixi supra §. legitima. Est tamen ardua questio, & in ea multi Doctores a quo uocarunt. Tu igitur pro intelligentia distingue tres casus. Primus est, quando filius ipse nominatim est fideicommissio grauatus. Secundus est, quando non filius, sed eius heres, vel substitutus pupillaris est in specie grauatus fideicommissio. Tertius est, quando fideicommissum est simpliciter iniunctum, puta quia testator non grauauit in specie, neque ipsum filium, neque eius heredem, aut substitutum pupillarem sed simpliciter dixit, Volo, ut hereditas mea restituantur Titio, si filius meus sine liberis decesserit, &c.

Circa primum, quando filius ipse est grauatus fideicommissio, fac conclusionem, quod siue testator expresse prohibeat filio, ne de fideicommissio detrahat legitimam, siue simpliciter illum grauet, ut hereditatem restituat, semper, filius potest legitimam ex fideicommissio detrahere: quia testator non potest (ut dixi) legitimam filiorum aliquid onus imponere, &

sequenter non potest etiam expresse grauare filium primi gradus, ne detrahat ipsam legitimam de fideicommissio. Et hoc est communis opinio, ut dicit Gal. in repet. l. centurio. nu. 407. Et quod non valeat grauamen iniunctum in legitima, quando nominatim est iniunctum ipsi filio, attestatur esse communem opinio. Curt. Iun. conf. 71. num. 8. & ideo poterit hoc casu filius (non obstante ipsa prohibitione) detrahere legitimam de fideicommissio: & si ipse non detraxerit, poterit eius heres, vel substitutus ex persona ipsius filij, illam detrahere. Nam hoc ius detrahendi legitimam ad heredes extraneos transmittitur secundum conclusionem, quae est indubitabilis, & de plano procedit secundum omnes, ut dicit Paris. consil. 30. numero octauo, lib. 3. & hic primus casus modicam habet difficultatem, & hac quidem conclusio locum habet etiam in milite. Licet enim alias miles possit in suo testamento prohibere, ne legitima de fideicommissio detraheretur, secundum communem opinio. de qua per Galiul. in repet. d. l. Centurio, post num. 87. Ripa in eadem l. Centurio, num. quadragesimo quinto. Hodie tamen secus est, nam de iure nouissimo miles non potest priuare filium legitimam.

In secundo casu, quando expresse grauatus est heres, vel substitutus pupillaris ipsius filij, pariter non videtur dubitandum, quo minus possit pater eos grauare, ut totam hereditatem, tam ipsius patris, quam etiam filij, per fideicommissum restituant. Text. est clarus in l. si Tit. §. fin. ff. de leg. 1. & est communis sententia, ut attestatur Ias. in d. §. fin. numero 15. & sequentibus. & numero 30. & in l. ex tribus, numero 2. & seq. C. de inoffic. testam. Neque hoc casu tractandum est de legitima: quia cum heredi, siue substituto pupillo, ex eorum persona nulla debeatur legitima, non possunt ipsi illam detrahere ex fideicommissio: & ita se habet communis opinio, ut dicit Ias. in locis pre alleg. Ioan. Dilect. de arte testam. tit. 5. cau. 34. in fine. Non etiam possunt ipsi ex persona filij illam detrahere, quia filius non fuit grauatus, ideo quantum ad ipsum, non est locus detractioni alicuius legitimae: esset bene ex eorum persona

b Consil. 12. num. 32.] Vide etiam per Apostill. ad eundem in Apostill. littera B. in dubio. Giach.

persona locus detractioni Trebellianicæ, ex quo ipsi sunt grauati fideicommissio, nisi testator illam prohibuisset, cum non essent ipsi ex liberis primi gradus, ut late dixi supra q. 63. Et si dicas, non ne filius transfuit detractionem, seu deductionem legitimam ad suos heredes etiam extraneos? Respon. quod filio, qui non erat grauatus, non competeat aliquid ius detrahendi legitimam, ut statim dixi merito illud ius, quod non erat, non potuit ad heredes transmitti. Postquam autem talis legitima peruenit in ipsos heredes filij: non habet amplius nomen legitimæ: sed de ea iudicatur tanquam de reliquo hereditatis merito potuit heres filij, vel substitutus pupillaris in eo grauari: ipsi enim huiusmodi hereditatem habere dicuntur ex iudicio, & dispositione ipsius partis testantis: & consequenter potuit pater in ipsa hereditate illis quodcumque grauamen imponere, Et hoc est communis ratio Doctorum, ut dicit Ias. in d. §. fin. nu. 6.

Et ideo hac omnia cessarent, ubi cunq; filius ad pubertatem peruenisset, vel tempore facti fideicommissi iam pubes fuisset: his enim casibus potest filius de sua legitima libere disponere, & testari, non obstante ipso fideicommissio: & si non testetur, vel de ea disponat, censetur non testando voluisse illam relinquere heredi suo ab intestato: merito illius heres, siue ex testamento, siue ab intestato possit ex persona filij, sibi legitimam retinere ex fideicommissio, quia illam habere videtur ex iudicio ipsius filij, non autem ex dispositione testatoris, & propterea ab ipso testatore in illa grauari non potuit: & sic istud fideicommissum, siue grauamen, quantum ad legitimam, & quantum ad propria bona ipsius filij, statim eueniente pubertate euanescit. Et hoc sine dubio est de intentione omnium Doctorum, ut dicit Ruinus conf. 58. post num. 19. lib. 2. subdens, quod aliter sentire, vel dicere esset erroneum.

Tertius est casus, quando testator in specie aliquem fideicommissio non grauauit, sed simpliciter dixit: si filius meus sine liberis decesserit, volo, quod bona mea restituantur Titio. Et in hoc Doctores multum torquentur, an censetur tale fideicommissum iniunctum filio, an vero eius heredi. Vtilitas autem maxima: quia si est iniunctum filio, poterit ex eo detrahi legitima per eius heredem ex persona filij: si verò est iniunctum heredi, non poterit heres detrahere legitimam, neque ex persona filij, quia ipse non fuit grauatus, neque ex persona propria, quia illi non debetur legitima: & magis communis sententia est, quod fideicommissum in dubio censetur relatum ab eo, a quo relinquere potest, & sic ab herede filij, vel ab eius substituto pupillari, non autem ab ipso filio: & consequenter, quod iste heres filij non possit de ipso fideicommissio

aliquo modo detrahere legitimam. Et ita passim allegatur tenere Bart. in l. qui duos in fin. ff. de vulga. quem communiter omnes sequuntur, ut dicit Alex. conf. 67. nu. 2. lib. 1. & in l. 1. §. fin. post nu. 3. ff. de vulga. Hanc etiam opinionem dicit esse communem, Alex. conf. 12. nu. 32. lib. 3. & in leg. coheredi. §. cum filia, nu. 7. & seq. ff. de vulga. quem refert Paris. conf. 81. num. 9. & 10. lib. 2. Ias. conf. 186. col. 7. vers. non obstat in quantum quarto loco lib. 2. & conf. 98. colum. 2. vers. immo fortius, lib. 4. & in l. ex tribus num. 5. C. de inoffic. testam. & in d. §. cum filia, nu. 16. quem refert Curt. Iun. in d. conf. 71. num. 8. & seq. & conf. 72. num. 10. & Paris. conf. 21. nu. 48. lib. 3. & 10. Dilect. de arte testam. tit. 5. cau. 34. nu. 2. Clau. in d. l. 1. §. fin. nu. 7. & seq. Paris. conf. 45. num. 44. Crotus consil. 134. num. 45. libro 1. & consil. 103. numero 12. libr. 2. Apostill. ad Alexand. in dicto consil. 12. sub numero 32. lib. 3. Contrariam tamen opinio, quod si licet in dubio fideicommissum simpliciter relatum censetur iniunctum ipsi filio iniuncto, non autem eius heredi, tenuit Bart. in d. l. coheredi, §. cum filia, vers. Quod si herede, nu. 3. & hanc opinio, dicit esse magis communem, Rip. in l. centurio, post num. 409. vers. aliquando autem facit, se putare, quod d. Ias. decipitur, asserendo contrariam opinio, esse magis communem: & re vera neque Bart. in d. l. qui duos, dicit id, ad quod allegatur: neque multi ex Doctor. qui pro hac parte adducuntur, loquuntur in his terminis, ut ostendit Galiula in loco pre allegato. Ceterum, quid sit de stricto iure, non esset in practica re cedendum a prima opinio, quae proculdubio est magis communis, ut ex predictis apparet. Fauendum est enim voluntati testatoris, quantum fieri potest, tanto magis ubi de prauidicio filiorum non tractatur: & alias cum hac dubitatio fuisset mihi proposita in facto a quodam arbitro non Doctore, in loco Saranal. agri Alexadrini, & ego, alijs etiam negotijs implicitis, petijsem terminum octo dierum ad liberandum, quid sentiret in hoc articulo: ille arbiter dixit se valde mirari, quod ego peterem terminum in questione tam clara, in qua duo alij Doct. ex improposito responderant. Dixi, mei moris non esse, in questionibus presertim arduis, non in speculis libris respondere. Tandem excitatis nonnullis motibus, cum res non videretur carere difficultate, partes acquieuerunt, ut amicabiliter componeretur, & ita factum fuit.

Hac autem omnia intellige, ut procedat, quando filius ipse est adhuc pupillus. Nam si esset pubes tempore iniuncti fideicommissi, vel etiam postea ad pubertatem peruenisset, tunc indistincte, siue fideicommissum sit iniunctum expresse filio, siue eius heredi, siue simus in dubio, semper detrahitur legitima de fideicommissio, per rationem, quam posui supra, vers. & ideo.

QVÆSTIO LXXII.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Testator an possit prohibere filio alienationem sua legitimæ. 2 Testator an possit legare administratori, vel tutori libertatem a ratione reddenda. 3 Testator an possit prohibere heredi, ne detrahat Falcidiam.

4 An prohiberi possit detractionem Trebellianicæ. Ex Additionibus.

1 Generali liberatione, iutoribus, ceterisque alienarum rerum administratoribus legata, non continentur, quæ affectione reali videri dicuntur. 2 Quid sit huius rei ratio. 3 Cui reddendarum rationum liberatio legata est, ei non remissa indicatur reliquorum solutio, & multo minus id, quod dolo neglegentiam probatur.